



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Vicarius

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

le. Vide limitationem in *Syl. V. Habitus.*

\* Dum inde non accidat Religioni, aut proximo iniuria grauis *Nau. c. 23. num. 22.*

2 Vti veste alterius sexus ob vanitatem, veniale est; ob iustam verò causam licitum: quàmquam Aug. 2. Soliloquior. dubitat, an vnquã liceat viro vti veste fœminæ. *Vide Syl. V. Fœminæ. \* Nau. l. c. ex D. Tho.*

*Vicarius, vide Confessor.*

1 **V**icarius Episcopi nō potest esse laicus, nec Clericus coniugatus: oportet verò habere Ordines Minores.

\* De Vicario Episcopi integrum volumen edidit Iacobus Sbrozzius, nonnulla scribit *Sanchez t. 1. de matrim. lib. 3. d. 29.*

2 Vicarius generalis dicitur Ordinarius, potestque dare dimissorias, & potestatem absoluen-  
dendi à reseruatis.

\* *Sanchez l. c. d. 9. nu. 3.* alij tamen dicunt esse delegatum. Idem dicas de Vicario Capituli, Sede vacante *ib. nu. 4. Sbrozzius, Nau. conf. 5. de spons.*

3 Vicarius Episcopi eo mortuo cessat, ( nisi à Capitulo confirmetur: ) gesta tamen per eū ante mortis notitiam, valent. \* *Sanchez l. c. d. 30. numer. 2.*

4 Vicarius electus à Collegio, perseverat mortuo Prælato.

5 Excommunicato aliquo, cessat officium eius Vicarij, secundum quosdam; nisi habeat aucto-

aucto-



auctoritatem à Iure, vt Vicarius Abbatis, vel Prioris.

\* Vide Sanchez l. c. à num. 3. Sbrozzium l. 3. de Vicario q. 7. num. 4.

Addit. 3 A Vicario generali Episcopi ad ipsū Episcopū nō appellatur c. Romana de appell. li. 6. Sanchez d. 29. n. 3. in ijs, scilicet in quibus est ordinarius: nā si esset delegatus appellaretur. c. super q. de officio deleg. Sanchez l. c. nu. 9.

Vicariū Episcopi posse ex officio exponere confessarios, & si sit Sacerdos, audire subditorum omnium confessiones negant alij, alij probabilius aiunt. Sanchez d. 29. num. 14. 15.

6 Vicarius perpetuus, est beneficium.

7 Vicarius perpetuus potest ex causa urgente fieri ab Episcopo inuitis Rectore, & patrono: debet autem esse viginti quinque annorum, & fieri intra annum Sacerdos, alioqui priuatus est ipso facto: quod si accipiat aliam Ecclesiam cum cura, perdit Vicarium.

8 Vicarius perpetuus potest facere Vicarium ad tempus, seu temporalem.

9 Vicarius temporalis, potest facere Vicarium, si sit consuetudo, aut habeat speciale mandatum, aut non possit totum implere, & partem committat.

#### V I D V A.

1 **V**idua non dicitur, quæ non est à viro cognita.

\* Viduam præteritis venereis ex viro volupta-